Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Regulae aliquot seruanda ut cum Orthodoxa Ecclesia uere sentiamus - Cod. Aug. pap. 158

[Reichenau ?], [17. Jahrh.]

Excertiorum spiritalium utiltibus (cum additiones)

urn:nbn:de:bsz:31-93616

Visual Library

Exercitiorum spiritualium utilitas

Unio cum Deo, quae habetur per amorem cum Deo. Amor vero per cognitionem acquiritur, quae cognitio per assiduam meditationem comparatur.

Intelligere Deum.

Illuminatio est intellectus et animae.

Totius vitae et peccatorum praeteritorum cognitio.

Modus serviendi Deo.

Discretio spiritualium bonorum et malorum.

Cautela in posterum bene vivendi, et fuga peccati.

Cognitio vitae Christianae.

Virtutum acquisitio.

Cognitio sui.

Recollectio spiritus et animae suae.

Dolor de peccatis si bene fiant exercitia.

Praeparatio ad novam vitae emendationem.

Gratitudo erga Dominum.

Contemptus vanitatis mundanae.

Timor domini et tremor.

Humilitatis acquisitio quae est fundamentum omnium virtutum.

Reformatio interioris hominis.
Desiderium perfectionis Christianae.
Ratio sequendi Christū in hac vita et aliae

Documenta quaedam ad recte meditandum et orandum.

In recte meditando atq; orando tria ob-
seruanda sunt. primum est ante medi-
tationem agendū sit. 2dum. quid inter
ipsam meditationē. tertium. quid post ipsā.

Ante meditationem.

In primis iuxta sapientis consiliū, ante
orationē praepara animā tuā. Erit haec prae-
paratio ad hoc sanctū opus, quanta maxi-
ma poteris animi mundicie accedere.
Ut n. curandū e vas illud diligenter
eluj, in quod preciosus aliquis liquor infun-
dendus e, iuxta Dni sententia: Neq; mit-
tunt uinū nouū in utres ueteres. Ita
quoq; ad nouū diuini amoris uinū, di-
uinumq; grae ac deuotionis liquorem,
aliaq; sacra dona quae Dns conferserit, re-
cipienda, necesse est uas illud quod ea
suscepturū est, animā inquā esse puram,
et innouatam, ut quo purgatior ac mun-

dior ea sit, eo etiā diuini huius liquoris
et quidem copiosi capacior futura sit.
Quare peruttile ē ut antequā meditari
incipias Conscientiā tuā examines, atque
ab omni puluere ac sordibus expurges,
quales communiter esse solent veniales
culpæ, vanæ nimirū cogitationes, verba
ociosa, multa negligenter acta, et si:
milia, quæ ut facile adhærent, ita etiā
impediunt ac minuunt, perfectam illā
animi mundiciem ac puritatem, cum
qua & virili in Conspectu Dei apparere
contendendū est. Id vero fiet petita cum
animi submissione venia à Deo de singula:
ribus peccatis, quæ te designasse meministi,
pro quibus atque alijs quorū oblitus es, medi:
tationis initio recitato communem confessio:
nem, aut Hymnū Veni sancte etc. aut etiam
Orationem dominicam cum salutatione
Angelica, aut precationem aliā quam
huic rei aptissimā iudicaueris, gratiaque
a Deo petito, ut tempus hoc meditandi
cum ea animi attentione, reuerentia
ac deuotione expendas, qua et debes
et diuinæ Maiestati placeat.
Alterum est, ut antequā te orationi sen

meditationi committas, res tuas ita compone-
re studeas, ut earũ quae tibi curanda
sunt, cogitatio et solicitudo te dum oras,
non distrahant atq; impediant. Cui rei
remediũ adhiberi potest, si negotia tua
ante conficias, quae commode potes, aut
certe si tibi persuadeas, nullum tunc
negotiũ accidere posse tibi gravius, aut
magis curandũ, quã orandi munus, ni-
si forte aliud quippiã a tuis superioribus
quibus obedire debes, facere iussus esses.
Enitendũ tibi igitur, ē ut quam liberrimus
atq; expeditissimus ab omnibus curis et cogi-
tationibus sis, cum orandũ tibi est. Memen-
to Abrahamum, cum ad filiũ suũ offeren-
dum iussu divino pergeret, atq; ad mon-
tis radices pervenisset, famulos suos et
comites ibidem expectare iussisse, donec
ad eos perfecto sacrificio et oratione re-
diret. Hunc tu imitari debes, ut cum
ad orationes accedis cogitationes tuas
foris manere praecipias. Quod et de sancto
quodam viro legimus, qui quotiescunque
templum orandi causa intraret, in
ipso ostio cogitationes suas alloquens, eas

ibi foris expectare mandabat. Tunc .n. oratio et fructuosior, et devotionis consolationisque plenior est, cum ita sola anima est, ita expedita, ita supervacaneis curis et cogitationibus libera. ut vere illud sponsae dicere possit. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi, ut societatem tunc nullam, strepitum tunc nullum, praeter divinam hanc sermocinationem experiatur.

Tertium documentum est, ut opus hoc sanctum recta et perfecta intentione perficias. Varias .n. ob causas multi ad orandum et meditandum se conferunt. Alij ut quaestum aliquem, consolationemque spiritualem consequantur, qualem alias experti sunt; Alij ut a Deo singularem aliquam gratiam aut donum postulent, quod vehementer optant, non ignorantes Orationem esse ad id comparandum aptissimum instrumentum; Alij ut Deo tanquam parenti optimo et benignissimo angores suos tentationes, inopiam tam animi quam corporis exhibeant ab ijs liberari cupientes.

Alij denique ut ita sanctæ ipsorum consuetudini orandi quotidie satisfaciant, aut etiam ut maioribus suis hoc præcipientibus morem gerant. Et quamuis hæ omnes, hisque similes causæ bonæ esse possint, ac laudabiles, præcipua tamen ratio quæ te ad orandum impellat esse deberet amor et gloria Dei, dum scis Deum ista uelle, atque hoc omnium fere diuinorum obsequiorum hoc illi esse gratissimum. Neque enim te moueat singularis tua necessitas, siue consolatio, siue †utilitas, quam hinc haurire potes, quantum animus et scopus in omni re diuinam gloriam ac beneplacitum conspectandi, Ita fiet quod monet Apostolus, ut res nostræ omnes in Dei gloriam atque honorem cedant. Hoc igitur ad orandum te in primis incitet, et quidem animo prompto atque hilari quem magni refert ad orationem adhibere. Nosti enim quæ sibi uult Deus offerri, in his se hilarem uoluntatem desiderare. Hoc animo et intentione si affectus fueris nihil dubito quin semper fructum et animi volupta:

† ppria

tem in oratione et meditatione reportatu-
rus sis, quamuis inter orandum aridus et
ieiunus uideare

Inter meditandum.

Tria quoque documenta inter meditandum
non minus quam superiora iuuabunt. Pri-
mum est, ut mysteria quæ meditatus
es, non nimis curiose, aut nimia specu-
latione, aut noua inuestigatione consi-
deres, quasi subtiliter noua sensa, noua
argumenta, nouas similitudines quæ-
ras, quibus ea magis percipias. Hoc e-
nim et mentem defatigat, et deuotionem
impedit, iuxta illud sapientis. Scrutator
maiestatis opprimetur a gloria. Et sponsus
celestis animæ sponsæ ait: Remoue ocu-
los tuos a me, quoniam illi me longe
abire fecerunt. quod de oculis curiosis
intelligitur, quibus anima nimium totam
plari uolebat. Cura igitur in medita-
tione simplicem et humilem aspectum
mysteriorum, quæ meditaris adhibere,
ea ita contemplans, ac si tu præsens ad-
esses. Quam ad rem te multum iuuabit
si mysterium quod meditaris, pictum

forte ante te habueris, in quod sine sen:
su, sive animo tantū intueris, acquie:
scas, neque multū mente ratiocineris
aut res alias imagineris. Hoc vero etiā
est ut voluntati tuæ facias, quasi lachry:
mas aliquas aut sensibilem devotionē
expressurus. Hæc. n. oīa ut valetudi:
ni nocent, et rei susceptæ parū conferunt.
Quiete igitur et pacate mysteria Christi:
ta meditare cum silentio et spe grām
ipsa Dni beneplacitum expectans.
Alterum est ut si inter meditandum
valde aridum et ieiunum, sineque devotio:
ne, aut etiā varijs cogitationibus et ima:
ginationibus te distractum senseris, nō ppte:
rea perturberis, aut susceptū opus perse:
qui desinas. Sed iuvabunt te colloquia, et
sermocinationes cum Deo, cui distractio:
nem tuā ac tediū revelas, a quo auxiliū
petas, eas a te variarū cogitationum
nauseas abigendi, quæ ad corrumpendā
augmenti et devotionis suavitatem acce:
dunt: quod si feceris ea qua oportet fide
humilitate et patientia, Deus qui humi:

lium preces exaudit, laboris tui miserebitur
atque imminet et consolabitur, nunc tunc vel
post, cum tibi magis expediet. Hinc est quod
Scriptura refert Abrahamum Deo sacrificium
offerentem, atque aves immolatarum car-
nium partes mordere conantes abigentem,
atque in eo bonam diei partem laborantem
a Deo insignem consolationem accepisse,
immisso in eum placido somno, in quo
illustrem admodum consolationem ac-
cepit. Quae res figura fuit praemii
quod Deus largiri solet iis, qui in expel-
lendis huiusmodi tentationum avibus
ac molestiis quae orantibus occurrere
solent, laborant. Hinc etiam est quod
Sapiens ait. Orationis melioris esse fi-
nem quam principium, Etsi in orationis
initio saepe quis tepidus et distractus est,
in ipso tamen orationis cursu, sese dein-
de colligit, atque incalescit, divinaque con-
solatione perfunditur. Quod si hoc semel
atque iterum abesset Deus alias uberius
id compensabit.
Tertium est ut si contingat te devotione

aut consolationem in primo aut secundo ca-
pite rerum quae meditaris experiri, in eo
persistas tamdiu, quamdiu is bonus sensus
durabit, neque opus est angi, ut ad ea quae
supersunt pergas. Magis .n. refert pauca
et bene, devote et cum fructu, quam
multa et sine animi sensu, aut sine atten-
tione meditari, cum praesertim ea quae
supersunt, alias meditari possimus. Et qui-
dem de hac re possumus illud Pauli re-
cipere. Satius esse quinque verba in bono
sensu loqui, quam decem millia sine at-
tentione et devotione. His tribus docu-
mentis si inter meditandum fueris usus
spero te utiliter meditationis tempus con-
sumpturum.

Post meditationem.

Primum documentum est, ut si in oratione
benignissimus Deus pro sua liberalitate
bonam aliquam inspirationem, aut devotio-
nem aut aliud singulare donum, aut gra-
tiam concesserit, id cures diligenter con-
servare, nam post meditationem animum
tuum statim inutilibus cogitationibus aut col-

loquijs, aut aliis distractionibus et contrarijs
occupationibus interpellare sinas; quinimo co:
nare nonnunquam te colligere, ac memini:
sse eorum quae tibi Deus inter orandum con
cessit, sanctique propositi ac desiderij quae in
Oratione es consecutus, ut ita ea magis
menti infixa inhaereant, neque eam devo:
tionem et Spiritum amittas quem inter
orandum sensisti. Ita fiat ut iuxta Con:
silium sapientis, omni custodia, custodias
cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.
Cura haec et solicitudo id etiam efficiet,
ut non facile in consueta peccata
labaris, atque etiam ut eam tibi devotionem
et consolationem largiatur Deus quam
inter orandum accepisti. quod multis
contingere solet. Facit etiam hoc ut aptior
ad orationem et meditationem futuram
accedat. Ut n. aqua calida modico ig:
ne calorem suum conservare potest, qui
tamen si evanescat, illa etiam frigidior
quam ante saepe redditur, et difficilius
recalescit. Ita animae accidere solet, de:
votionis acceptum calorem aut conservan:
ti aut negligenti. Hanc ob causam S

patres saepe interdiu eo orationis gene-
re utebantur quae iaculatoriae vocaban-
tur, quae nihil aliud erant quam breves
quaedam mentis elevationes ac suspiria
in deum, ut ita illis quasi minutis qui-
busdam lignis, quae foco addebant, calor
devotionis ante acceptus conservaretur
quae res facilis factu est, quamvis sint
alijs rebus occupati.
Secundum documentum est, ut aliquando
in hebdomada, aut saltem certis temporibus
teipsum explores, et videas num aliquem
progressum aut fructum et oratione
feceris nec ne; quem si nullum animad-
verteres, neque discrimen aliquod inter
tempus ante et post orationem invenie-
res, stude causam invenire huius rei. sem-
perque fere reperies negligentiam tuam aut
culpam in causa esse; quae sit aut nulla
propria voluntatis mortificatio, quae in hoc
opere valde necessaria est. aut quod curam
et diligentiam in eo non adhibeas, aut quod
documenta praescripta minus serves, aut
certe incuria aliqua tua. Quamcunque vero
caussam nullius progressus, nulliusque acces-
sionis reperer(is) sive inveneris, ei studeas
remedium adhibere atque in posterum diligentia

compensare. Quò vero facile assequi pos-
sis, nim et oratione fructu percipere
nec ne, sciti quod in ea et alijs pijs ex-
ercitationibus maxime requiritur ab ijs qui
incipiunt, propriarum passionum et affectio-
num carnalium seu sensualium, mortificatio,
atque animi diligens purgatio. Qui
vero aliquid profecerit studere debet, vir-
tutes quas non habet comparare, quas ha-
bet augere; sigillatim vero charitatem.
Qui postremo longius in spiritu progressi
sunt, perfectam cum Deo charitatem communio-
nemque, atque idem cum Deo velle et nolle,
quasi unius cum eo quantum licet spiritus
fiant consectentur. quamuis priores posteri-
orum studijs et operis interdum uti possint.
Tertium est, ut quamuis tibi etiam longo
tempore parum in hac re profecisse videare
neque eam experiaris deuotionem, atque ani-
mi sensum quem velles, non propterea ta-
men animus tibi abjiciendus est, aut
progressus deserendus. Ut enim in alijs
rebus fit, ut perseverantia vas perficiat
et cumulat, ita et in hoc sancto et ne-
cessario orationis studio contingit.

Quò enim diutius perseueraueris, eo plus mereberis, et quo plus ariditatis et laboris initio expertus es, eò plus consolationis et præmij tibi Deus temporis decursu largietur. Sæpe enim permittit Deus aliquos ieiunè ac minus deuote et aridè meditari, et orare, ut quo plus ij perseuerarando laborant ea in re, eò etiã plus consolationis et fructus in perseuerantiæ premiũ percipient. Quare quemadmodũ initio mundi terra arida iussu Dei, et sine aquis remansit, quo ita varias plantas atque arbores et quidē fructuosas germinaret, ita sæpe permittit idem Deus, ut aliquæ animæ in oratione se aridas et ieiunas, neque deuotas sentiant, ut ita eorum patientiã et perseuerantiã, ac labore et tolerantiã, varios deinde et quidem copiosos ac pulchros multarũ virtutũ et donorum fructus proferant, quos Deus concesserit. Quod et Deus indicaret per Hieremiam dixit. Recordatus sum eius eo quod secuta ē me in deserto, et in

terra quae non seminatur; quod sane
de Anima quae licet deserta et arida, etiã
sine ullo consolationis spiritualis semi:
ne, Christum et deum quaerere per:
severat intelligitur. Quod idem etiã
Christus in Euangelio satis expressit, dum
ait. In patientia uestra possidebitis
animas uestras. Cavere igitur charissi:
me, neq; te ariditas, aut difficultas
aut tedium, quae in oratione inter:
dum experiris, et ab hoc sancto stu:
dio avocent, ne tibi contingat quod
Israelitis, qui quod impatientes in fe:
renda fame et molestijs deserti fuerint,
in terram promissionis optatam ingre:
di non meruerunt. Conare potius illã
mulieris Chananeae perseuerantiam
imitari, quae licet reiecta et abiecta
a Christo, numquam tamen a propo:
sita petitione, et concepta fiducia re:
cessit. Et quo factum ẽ, ut plus etiã
quam optarit a Christo fuerit conse:
cuta. Quod idem tibi continget si

eandem patientiã et confidentiã habueris, atq; experiêre uerissimam esse illam Christi sententiã. Qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit.

Annotationes quædam præuiæ ad spiritualia exercitia melius peragenda.

Omnium 1mum

Prima annotatio est, quod ipso nomine spiritualiũ exercitiorum intelligitur modus quidam examinandi propria conscientia, Item meditandi, contemplandi, orandi secundũ mentem et uocem, ac postremo alias quascunq; spirituales operationes tractandi, ut deinceps dicetur. Sicut enim deambulare, iter facere, et currere exercitia sunt corporalia, ita quoq; præparare et disponere animã ad tollendas affectiones omnes male ordinatas, et ijs sublatis ad quærendã et inueniendam uoluntatem dei circa vitæ institutionẽ et salutem Animæ Exercitia uocantur spiritualia.

2da o. Quod

zata est. quod cum in sequentibus omnibus
exercitijs utamur actibus intellectus, quan-
do discurrimus; voluntatis vero quando
afficimur, advertendum est in operatio-
ne quae praecipue est voluntatis, dum
voce aut mente cum Dno Deo vel
Sanctis eius colloquimur, maiorem
ab eis exigi reverentiam, quam dum
per usum intellectus circa intelli-
gentiam potius moramur.
Tertia. quod mirum in modum iuvatur
qui suscipit exercitia, si magno et libe-
rali animo accedens, totum studium
et arbitrium suum offerat Creatori suo,
ut de se suisque omnibus statuat, in
quo ipsi potissimum servire possit.
Quarta. quod admonendus est is qui
exercitatur, ut cum in quotidiano
quolibet exercitio expendi debeat
unius horae tempus, curet semper
animi quietem in hoc reperire
quod plus temporis potius quam mi-
nus insumpsisse sibi conscius sit. Fre-
quens. n. est daemoni hoc agere, ut praefixum

meditationi temporis spacium decurtetur.

Quinta. Quod cum facile sit ut leue affluente consolatione, integram contemplationis horam traducere; difficillimum e contra incidente desolatione. Idcirco aduersus tentationem et desolationem semper pugnandum est producta ultra definitum tempus exercitio uincendi gratia. Ita enim non solum discimus resistere aduersario sed eum etiam oppugnare.

Additiones ad exercitia melius agenda et ea quae optantur inuenienda.

Prima est ut ego post cubitum ante somnum, modico temporis spacio, quo recitaretur semel Angelica salutatio, cogitem de hora qua surgendum mihi erit et de exercitio faciendo.

Secunda. Ut expergefactus statim exclusis omnibus cogitationibus, animum ad illud applicem quod in primo mediae noctis exercitio contemplaturus sum. Usque maioris uerecundiae et confusio:

nis gratia nisi exemplum eiusmodi exponam.
Quomodo miles aliquis staret coram
Rege suo, et cetu aulico erubescens, anxius
et confusus, qui in Regem ipsum ac-
ceptis ab eo beneficijs, donisque pluri-
mis, de magnis grauiter delinquens
conuictus esset. In hoc itidem exerci-
tio reputans, quantum peccauerim,
fingam me catenis vinctum esse, ac pro-
ximus sistendum coram summo Iu-
dice, sicut reus mortis quispiam fer-
reis ligatus compedibus duci ad tri-
bunal solet. His igitur vel alijs
pro meditandarum rerum genere cogi-
tationibus imbutus, vestitum meo me in-
duam.
Tertia. Ut a loco futuræ meditatio-
nis, uno vel gemino adhuc passu di-
stans, quod tantillum tempus, quo per-
curri Oratio dominica posset, animo
sursum eleuato considerem Domi-
num Iesum ut presentem et spectantem,
quid nam acturus sim, cui reuerentiam
cum humili gestu exhibere debeam,

Quarta. Est ut ipsam aggrediar contem:
platione, nunc prostratus humi, aut
pronus et supinus iacens, nunc se:
dens aut stans, et eo me componens
modo, quo sperem facilius id consequi
quod opto. Ubi advertendi haec duo debent.
1 Spem, quod stetis genibus vel in alio quo:
uis situ, voti compos fiam, nihil re:
quiram ultra. Secundo. quod in puncto
in quo assecutus fuero quaesita devo:
tionem acquiescere debeam, sine
transeuire vel anxietate, donec mihi
satisfecero.
Quinta Ut, completo exercitio sedens
vel ambulans, per horae quartam circiter
horae partem, mecum dispiciam quo:
nam modo Meditatio seu contemplatio
successerit. Et si quidem male, in:
quiram causam, cum poenitudine
ac emendationis proposito: Sin vero be:
ne, gratias Deo agam, eundem postea
modum servaturus.
Sexta Ut cogitationes quae gaudium
afferunt, qualis est, de gloriosa Christi

Resurrectione, subterfugiam, Quoniam
talis qualibet cogitatio impedit fletu
et dolorem de peccatis, qui tunc quae:
rendus est, adscita posthac mortis vel
Judicij recordatione.
Septima. Ut eandem ob causam me pri:
vem lucis claritate, ianuis ac fene:
stris clausis tantisper dum illic mo:
ror, nisi quam diu legendu vel
rescribendu erit
Octava. Ut a risu, ijsq risum pro:
vocantibg maxime abstineam.
Nona. Ut in neminem oculos intendā
nisi salutandi aut valedicendi poscat
occasio.
Decima. Ut aliquā addam satisfactione
seu pœnitentiā, quae quidem inte:
rior et exterior esse potest. Interior
e dolor de proprijs peccatis, cum firmo
proposito cavendi, tum ab illis, tum
ab alijs quibusuis in posteru; Exterior
autem e fructg interioris, videlicet
cogitatio aliqua de commissis, quae tribg
potissimu modis assumi potest.
Primo circa victum, subtractis + no ne:cessarijs solum (quod temperantiae e flagellā

non pœnitentiæ) sed alia convenientibus alimentis, Et eo fit melius quo plus subtrahitur, vitata interim naturæ corruptione, aut debilitate gravi seu infirmitate.
Secundo circa somni et strati modum sublatis non mollibus tantum aut delicatis rebus, sed aliis alia opportunis, quantum licet citra vitæ aut valetudinis gravius periculum. Exceptor de somno necessario nihil demendum est, nisi aliquantisper ad consuetudinem (Si cui est somni nimij) moderandum.
Tertio. Circa ipsam carnem ut inflictum sentiat dolorem, admotis gestatisque ciliciis, funibus et vestibus ferreis, vel inflictis verberibus aut plagis, vel aliis austeritatis generibus assumptis. In quibus tamen omnibus magis expedire videtur, ut doloris sensus in carne tantum sit, nec penetret ossa cum infirmitatis periculo. Quare flagellis potissimum utemur ex funiculis minutis, quæ exteriores affligunt partes

non autem adeo interiores, ut valetudi:
nem causare possint. Notanda in:
super sunt quatuor haec circa poeni:
tentia. Primum. Quod poenitentiae
exterioris triplex est usus seu ef:
fectus. nimirum ut pro delictis pte:
ritis nonnihil satisfiat, utcunque
seipsum homo, infer interiorem sui par:
tem, quae sensualitas dicitur, superio:
ri sive rationi magis officiens;
ut postremo quaeramus et impetre:
mus aliquod gratiae divinae donum,
quod optamus, puta intimam cordis
contritionem de peccatis, et abun:
dantiam lachrymarum, vel propter illa,
vel propter poenas et dolores passio:
nis Christi, aut dubij alicuius quod
nos angit resolutionem.
2dum. Quod additiones primae duae
solis conveniunt exercitijs, quae
media nocte sub aurora fiunt. Quarta
vero in templo vel coram alijs nunquam
sed domi tantum et clanculum exercen:
da est.
Tertium. Quod quando is qui exercitat

quæsitum nõ consequitur, ut dolorem vel consolationem, mutare subinde expedit rationem victus, somniq, et alia genera pænitentiæ aut pænitentiã unã per triduũ sedemur, et ꝑximo eam biduo relinquamus, vel aliã triduo. prout diversis plus vel minus pænitentiæ ē sumendũ. præterea cum pænitentias huiusmodi sæpe omittamus ob affectũ carnis et erroneũ iudiciũ, quasi naturalis nostra complexio ferre illas nõ possit, citra ingens valetudinis detrimentum; et e contrario iustum nonnunquã pænitentiæ modũ excedamus, de corporis robore nimis confitentes, mutatis ut dictum ē pænitentiæ generibꝰ ac per vices sumptis et relictis, eveniet plerũnq ut clementissimus Deus, qui naturã perfectissime cognoscit, unicuiq illum competentem reddat quod ipsi expedit

Quartũ. Quod ꝑticulare examen